UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Sermo

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

Sermo.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

SErmo, Græce λόγος. ὁ. Eſt idem quod loquela. Dicitur autem à conferendis ſimul compoſitis & contextis verbis. Hinc ſermocinor, loquor: & ſermocinatio, collocutio.

Sermo Heb. *Omer, Emer*, dictum, pronunciatum, eloquium, à verbo *Amar*, dixit, quod ſignificat actum dicendi. Cognationem habet cum *Iamar* & *Mir*, mutauit: nam dicendo mutantur literæ, ſyllabæ, verba, tempora, nomina, pro neceſſitate orationis. Hinc ἑρμῆς, ἕρμεως, Interpres, ἑρμηνεύω, interpretor, ἑρμηνεία, dictio, dictionum expoſitio. 2. *Dabar, Dibhrah*, verbum, eloquium. Sæpe pro re quæ verbis recitatur, quod Latinis eſt negotium, à verbo *Dabbar*. loquutus eſt, verbis reddidit ſententiam & voluntatem animi ſui, vertit ſermonem ad omnem tropum orationis conſuetæ. In ſumma ſignificat rem animo conceptam prolixius enarrare omni tropo & genere loquutionis, vt ab audientibus recte intelligatur, & ideo ſæpe vtendum eſt verbis & figuratis loquutionibus ad noſtram conſuetudinem accommodatis. Cognationem habet cum *Rabbadh*, ornauit, ſtrauit floſculis, ſeu tapetiis, ad decorem ſeruientibus, ſic enim ſermo noſter refertus debet eſſe figuris ad maiorem intellectum.

¶ BIBLICI LOCI.

Sermo, aut verbum, ex Hebræorum idiotiſmo: *Primo*, pro re quauis, aut indefinita particula. Vide VERBVM. *Secundo*, pro viua voce, aut libris conſcriptis, 2. *Theſſ*. 2. 2. pro ſponſione ſeu promiſſione, *Tit*. 1. 3. κατ' ἐξοχὴν pro doctrina Euangelica, *Act*. 16. 6. *Philip*. 1. 14. quæ dicitur ſermo Chriſti, *Coloſſ*. 3. 16. ſermo vitæ, *Philip*. 2. 16. ſermo veritatis, 2. *Cor*. 6. 7. ſermo iuſtitiæ, quo docetur iuſtitia: hoc eſt, Euangelium, *Heb*. 5. 13. quam ſignificationem obtinet iuſtitiæ vox, *Rom*. 1. v. 17. 18. ſermo vnus omnibus, ante extructam turrim Babel, *Gen* 11. v. 1.

Sermo pro fucata dicendi ratione, 2. *Cor*. 11. v. 6. proprietatis doctrina, *Gal*. 6. v. 6 ſermo damnandus, *Epheſ*. 4. 29. *Coloſſ*. 3. 8. ſermo laudandus, *Prouerb*. 15. v. 1. 23. & 16. 21, & 25. 5. ſermo piorum qualis, *Matth*. 5. 37. & 12. 36. *Epheſ*. 4. 29. & 5. 3. *Coloſſ*. 3. v. 8. 1. *Pet*. 3. 10. Vide PI. Sermo caro factus eſt, *Ioan*. 1. v. 14. hoc eſt, homo factus eſt, per ſynecdochen, vt *Eſa*. 45. *Ioel*. 2. v. 28. ſermo auditionis Hebræis pro ſermone auribus percepto, *Theſſ*. 2. v. 13. ſermonem Dei quærere, 1. *Reg* 22. v 5. Vt in ſermone confirmet nos Deus, orat Paulus, 2. *Theſſ*. 2. v 17. ſermone Dei loquatur, qui loquitur. 1. *Pet*. 4. v. 11. ſermones Dei proiicere, 1. *Sam*. 15. v. 26.

¶ SENTENTIAE POETICAE.

Sat. 4. Sil. 6.

Nobis verus amor. medioq; Helicone petitus
Sermo, hilareſq; ioci brumalem abſumere noctem
Suaſerunt, mollemq; oculis expellere ſomnum.

Horat, Art.

Omne tulit punctum, qui miſcuit vtile dulci.

Auſon. Eidyl. 11.

Eſt & Non cuncti monoſyllaba nota frequentant:
His demptis nihil eſt hominum quod ſermo volutet.
Omnia in his, & qui ab his ſunt, omnia ſiue negoti,
Siue oti quidquam eſt, ſeu turbæ, ſiue quietis, &c.
Qualis vita hominum, duo quam monoſyllaba verſant.

Virg 8. Æneid.

Ibat rex obſitus æuo,
Et comitem Æneam iuxta, natumq; tenebat,
Ingrediens, varioque viam ſermone leuabat.

Virg. 1. Æneid.

O Dea, ſi prima repetens ab origine pergam,
Et vacet annales noſtrorum audire laborum,
Ante diem clauſo componet Veſper Olympo.

Ouid. 15. Met.

Deſinet ante dies, & in alto Phœbus anhelos
Æquore tinget equos, quam conſequar omnia dictis,
In ſpecies tranſlata nouas.

Plaut. capt.

Si ego item memorem, quæ me erga multa feciſti bene,
Nox diem adimat.

¶ PHILOSOPHICA. PLACITA.

Verba inuenta ſunt, non quæ impedirent, ſed quæ indicarent voluntatem. *Cic. pro A. Cæcin.*

Interpres mentis eſt oratio, verbis diſcrepans, ſententiis congruens. 1 *de leg.*

Sermone eo debemus vti, qui notus eſt nobis. 1. *Offic.*

In primis prouideamus, ne ſermo vitium aliquod indicet ineſſe moribus: quod maxime tum ſolet euenire, cum ſtudioſe de abſentibus detrahendi cauſa, aut per ridiculum, aut ſeuere, aut maledice, contumelioſeque dicitur. 1. *Offic*

Quoties aliquid aut dicimus, aut loquimur, toties de nobis iudicatur, 1. *de Orat.*

Diligentiſſime linguam continere; mihi virtus interdum [...] minor videtur, quam omnino non iraſci. *Cic. ad Q. Frat.*

Id ipſum dicere nunquam eſt non ineptum, niſi quum eſt neceſ-ſarium. 1. *de Orat.*

Habent ſuum modum, quæcunq; opportuna dicuntur. 3. *de* [...]

Tacere noli, vbi non oportet. *Pro Roſc. Comœd.*

Oratio debet eſſe ornatior ſententiis, quam verbis. *part. or.*

Non tam copia quam modus in dicendo quærendus eſt. *Pro* [...] *Manil.*

Decorus eſt ſermo ſenis, quietus, & remiſſus, facitq; per[...] audientiam diſerti ſenis compta oratio & mitis. *Cato maior.*

Difficile eſt dictu, quantopere conciliat animos hominum [...] tas, affabilitaſq; ſermonis. 2. *Offic.*

Quidam nimium dicunt, nec tamen totum. *Quint. l. 5.*

Niſi maxima rerum verſantur momenta, non debemus [...] eſſe ſoliciti.

Verba honeſta moribus perdidimus.

Sermone hominem, vt æra tinnitu dignoſcimus. *idem lib.* [...]

Viue moribus præteritis, & vtere verbis præſentibus.

Tanquam ſcopulum, & ſic fugias inauditum atque inſo[...] verbum.

Multo magis viua vox afficit.

Melius eadem pronunciat, qui peperit, *Gell. l. 1.*

Sermo ſenilis libenter audiendus.

Euitanda eſt ſermonis curioſitas. *Plat. de Republ.*

Quod bene dicitur, repetere non nocet. *idem de Regno.*

Omnis ſermo, ſi breuior fuerit, quam oporteat, obſcu[...] tellectum: ſi longior, difficilis erit retentio, & diſcipulo [...] nem inducit.

Sermo dicentis non interrumpendus. *Ariſt. Polit.*

Quod facere inſtitueris, nil prædicare, nam ſi facere [...] rideberis.

Noli cito loqui, eſt enim inſaniæ indicium.

Dicenda ſunt, quæ vtilia futura ſunt, & dicenti & audi[...]

Celeritas ſermonis non habet iuſtitiam, tardi vero ſ[...] multum proficiunt ad ſapientiam.

Aut ſilere oportet, aut meliora ſilentio adferre.

Sermonis vitium in lingua eſt, facti vero in animo. *Pythag.*

Hominis ſermonem Themiſtocles aulæis aſſimilabat. Q[...] admodum enim ea ſi explicemus figuras oſtendunt inte[...] contrahantur eaſdem occultant: idem & orationi vſu venit. [...] *in Themiſtocle.*

Vocis ſub tyrannide periculoſa eſt libertas. *idem in Arat.*

Quicunque potentioris impotens deſiderium aperte imp[...] illud magis adauget: at qui ſuaui ſermone applaudit, impetu[...] lum animi retundit, & dum quædam pollicetur, frenat cupidi[...] *Heliod. l. 1.*

Quam rariſſime, & iucunde apud hominem loquendum [...] tæ poteſtatem & necis in acie linguæ portantem. *Amm. Marc.* *libro* 18

Orationem quæ nobis cordi eſt, facile comprobare ſ[...] *Zonar. in Alex Comn.*

Vide hominum leuium & inconſtantium orationem ſo[...] inanem haberi, atque temere huc illuc errare, ſine pondere [...] honore. Contra vero quum fidei quempiam rationem [...] habere conſtiterit, eius orationem, ſi quid rogarit, tantum [...] quam aliorum vim. Eundem ſi quendam ad officium reuoca[...] lit, minando id facilius quam alios puniendo conſequi poſſe. [...] remo plus proficere promittendo, quam alios ſtatim dando. [...] *de expedit. Cyri, l. 7.*

¶ APOPHTHEGMATA.

Solon, ſermonem operum ſimulachrum eſſe dicebat. Ea [...] quæ in opus proruunt, prius animo concepta, verbis indica[...] *Max ſerm.* 14.

Thales dicere ſolebat, multiloquium non oſtendere hom[...] ſapientem. Sapiens enim non niſi quum res exigit, loquitur & [...] ciſſimis ſuum oſtendit animum. Stultus autem, etiam nec[...] non efflagitante, loquendi finem non facit. *Eraſ. lib. 7. apoph.* [...] *Laert l 1. c. 1.*

Epicurus, ſapientis ſermonem dicebat magnificentiorem e[...] grabato, panno & ſtramentis: tunc enim non tantum veri [...] ceptorem, ſed teſtem. *Senec. epiſt* 20.

Iſocrates, Duo (inquit) tibi tempora dicendi præſcribe, in [...] rebus indubie tibi perſpectis, vel neceſſariis verba facias, in [...] ſolis oratio præſtat ſilentio: in aliis vero tacendum potius qu[...] quendum *Stob. ſerm.* 34.

Romulus dicere ſolebat, vaſa fictilia ſono & percuſſu hom[...] vero ſermone explorandum eſſe. *Max. ſerm.* 15.

Cenopidas, Qualis cuiuſque eſſet natura, talem eſſe dicebat [...] monem. *Max. ſerm.* 15.

Demonax ſolitus eſt dicere, in ſpeculis vultus figuram, in [...] loquiis autem animi naturam & imaginem cerni poſſe. *Max.* *ſermone* 15.

Idem dicebat, orationem ac ſermonem hominis quaſi fig[...] animi formam effingere & proferre, *ibid.*

POLYANTH

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[..]goras, Optabilius (inquiebat) ſit tibi lapidem temere pro[..]ium ſermonem otioſum. *Stob.ſerm.*34.

[..]ocrit.us, ſermonem εἴδωλον τοῦ βίου, id eſt, vitæ ſimulacrum [..]amque velut vmbram eſſe, dicebat. Qua quidem ſententia [..] potuit verius. Nam nullo in ſpeculo melius expreſſiuſq; [..] figura corporis, quam in ſermone pectoris imago repræ[..]ur. Neque homines ex ſermone ſecius, quam ærea vaſa tinni[..]ognoſcuntur. *Laert.*

[..]. Audiens adoleſcentem variis de rebus aſſidue loquentem, [..] ſpeculo faciei figura, in verbis autem animi qualitas vniuſ[..] hominis deprehenditur. *Stob.*

[..] Cittieus. Adoleſcenti confidenter loquenti: Non dixerim, [..] o adoleſcens, quæ mihi ſuccurrunt. Subnotauit vir pruden[..]s, è ſermonis procacia æſtimari morum impudicitiam. [..]*l.7.c.1.*

[..]nius. Fontem & originem male viuendi eſſe, dicebat non [..]r obſcœna & turpia loqui. *Stob.ſerm.de intemperantia.*

[..]ſtratus, ſermone faceto tanquam ſale, parce vtendum eſſe [..] *Stob.ſerm* 34.

[..]enes aiebat, ſibi videri mirum, quod quum vlla aut opercu[..] non emerent homines, niſi pulſu aut tinnitu exploratum, in e[..] homine ſolo aſpectu eſſent contenti. Significans hominem [..] re melius cognoſci, quam ex oratione. Vt igitur, qui vas [..]erruncio parant emere, digito pulſant, atque ex tinnitu red[..]gnoſcunt, ſitnę integrum, probæ argillæ, ac bene coctum: [..]quam minus aliquot emant hominem, oportebat ad di[..]m prouocare, atque ex oratione deprehendere, qualis ſit, [..]*lib.6.*

[..]ares dicere ſolebat, qualis homo eſt, talis etiam eius erit [..], orationi autem facta ſimilima, factis vitam. *Cicero lib.* 5. [..]*quæſt.*

[..]. In bello quidem ferrum, dicebat, auro præſtare ad de[..]dum ſe, in vita autem, ſermo eruditus diuitiis. *Stob. ſerm.* [..]

[..]. Sermonem eruditum, tanquam bonum figulum, elegan[..]e animam ornare dicebat. *eod ſerm.*

[..]. Quum diues quidam filium adoleſcentem ad Socratem [..], vt indolem illius inſpiceret: ac pædagogus diceret, Pater [..] Socrates, miſit filium, vt eum videres: tum Socrates ad pu[..]: Loquere igitur, inquit, adoleſcens, vt te videam. Significans, [..]um hominis non tam in vultu relucere, quam in oratione: [..] hoc ſit certiſſimum, minimeq; mendax animi ſpeculum. [..] *apoph.ex Apuleio, Florid.l.*1.

[..]ſippus interrogatus, quid eſſet mens hominis? ſermonis fon[..]e, reſpondit: quemadmodum enim riuuli ex fonte fluunt, [..]mo ex corde & mente hominis procedit. *Stob.ſerm.*1.

❡ Similitudines.

[..]Chryſoſtomi. Sicut ignis de modica ſcintilla magnum conflat [..]: ita & ſermo malus de leui occaſione magnam ſuccen[..]micitiam. *in cap.5. Matth.homil.9.*

[..]ianzeni. Qui male loco ſeparantur, ſermone vero colli[..], tantumque inuicem diſcordant, quantum oculi ſtrabi, [..]dentes, & non viſu ſed poſitione diſſidentes, quibus etſi [..] ſtrabi ſint, obiici poſſint, non tamen quod cæci. *De Pen[..]*

[..]uemadmodum in harmonia artificiali & muſica alius eſt ſonus [..] ac remiſſus, quum alia quædam chorda pulſatur, omnia [..] vnius ſunt moderatoris & artificis, ad vnam harmoniæ ſua[..]tem tendentia: Ita & in his opifex & magiſter ſermo, in aliis [..] alius cuiuſdam opificii aut artis propoſuit virtutem: cun[..]tem in medium poſuit, omnibus communi ac humano com[..] vti volentibus, vitam noſtram colligans, illamq; reddens [..]iorem. *contra Iulianum.*

[..]uemadmodum aqua, quæ non certis canalium marginibus di[..], ſed per areæ diffunditur planitiem, euaneſcit: Ita & res per [..] vaſtitatem diffuſa, lectorem fallit, *Lib.3.de Theologia.*

[..] Iudæi. Quemadmodum doloribus, timoribus, aliiſque [..]preſſos fauor, ſedulitas, dexteritaſq; amicorum ſæpe refouet: [..] ſæpe, ſed ſemper, grauiſſima onera, quæ nobis imponit vel [..] coniuncti neceſſitas, vel externus caſus aliquis ex improui[..], dimouit præſentiſſimum ſermonis rationis veremedi [..] ſocius & amicus familiariſſimus à natura nobis eſt non [..]ditus, quam adglutinatus, vt viſibiliter, ſic inſolubiliter. [..]*de ſomniis, fol* 371.

[..] *ea*, quæ in tenebris abdita ſunt, cælantur, donec lux afful[..] indicet: Ad eundem modum cogitationes meas recondi[..] inuiſibili, donec vox lucis more cunctas retegat. *Lib. Quod* [..]*.*

[..] Cyrenei. Mentis quaſi veſtitus quidam verba ſunt, quibus [..] ea incedit, & vel male vel bene adornatur: quemadmodum [..]pore: hic autem ſpeciem, aut deformitatem hominibus [..]. *De prouidentia, lib.1.fol.72.*

[..] Patriarch. Speculo ſimilis eſt ſermo: & ſicut in illis re[..]ntantur ſpecies corporis & formæ, ita in colloquiis animæ forma expreſſa conſpicitur. *Apud Antonium part.* 1. *ſermon.* 48. *Meliſſa.*

Pii Pontificis. Sicut qui longe tempore coniecti in vinculis fuerint, ſi poſterius ſoluantur, ob vinculorum conſuetudinem, nequeunt ambulare: Ita qui ſermonem diutius aſtrinxerunt, ſi quando loquendum ex improuiſo fuerit, commuteſcunt. *Epiſtolarum lib.epiſt.*414.

Romyli. Quemadmodum vas fictile ſono & tinnitu: hic homo ſermone probatur. *Apud Ant.in Meliſſ.part.*1.*ſerm.*48.

Demoſthenis. Vt in ſpeculis vultus figura: ſic in colloquiis animi character cernitur. *Apud Max.ſerm.*15.

Plutarchi. Vt ædium oſtio carentium, & crumenarum abſque vinculis nulla eſt vtilitas: Ita multo magis oris clauſtro carentis nullus eſt vſus. *in Moral.*

Vt in calamitatibus firmiſſimi atque optimi amici adſunt vtiliter: ſic & ſermones optimi. *in Moral.*

Qui in Platone & Demoſthene nihil quærunt, niſi puritatem Attici ſermonis, quid aliud agunt, quam ii, qui in pharmacis nihil amant, niſi fragrantiam & nitorem, vim purgandi ſeruandiq; negligunt? *in Moral.*

Eraſmi Roterodami. Quemadmodum Protogenes Pictor Apellem ex vnica linea cognouit, nunquam alioqui viſum: Ita ex vnico reſponſo ingenium & prudentiam viri deprehendet, qui ſit ipſe ſapiens. *in ſimilib.*

E voce agnoſcimus hominem, facie non conſpecta, nam ſua cuique vox: Ita ex oratione licet hominis vitam coniectare. *In ſimilibus.*

Nouella vitis copioſius gignit vinum, ſed vetuſtior melius: Ita plura loquuntur iuuenes, ſed vtiliora ſenes. *in ſimilib.*

Taurus auis, cum ſit puſilla, tamen boum vocem imitatur: Ita nonnulli, cum re ſint exigui, tamen loquuntur reges ac ſatrapas. *in ſimilib.*

Thriueri. Vt placet vbique cibus citra ſaturitatem: ſic ſermo intra ſobrietatem. *in apoph.*114.

❡ Hieroglyphica.

Sermonis efficaciam perſuadendique vim oſtentare veteres ſi voluiſſent: *Mercurii ſimulachrum* grandiori iam ætate, barbatum & effœto propemodum corpore, natura tamen obſcœnius excitata, eaque tantum parte validiſſimum faciebant. *Pier. Val. lib.* 34. *pag.*323.*A.*

Sermonem vero inanem oſtendere volentes, *Mercurium* eundem iuniori ſpecie ac prorſus impubi cum effinxiſſent, attracta illi pudenda vel deſidentia faciebant. In his enim, qui nondum ex ephebis exceſſiſſent, infœcundam & imperfectam eſſe orationem animaduerterant: vtpote quo ætas illa ad prudentiam nondum eſſet idonea. *Pier.Val.*..34.*p.*323.*B.*

Oculum etiam iuuenimus *ſermonis* eſſe hieroglyphicum apud ſacerdotes Ægyptios: ſermonem ipſum dupliciter conſiderari, Vno modo, quatenus à natura loquendi facultatem conſequimur: altero, quo in hoc vel illud idioma linquam inflectimus, & in proprio artem & elocutionem adhibemus. Illum ſimplicem ſermonem per linguam tantum figurari: ſed ſi cultum & elegantiam acceſſiſſe innuere vellent: linguæ oculum ſubſanguineum ſubiiciendum. *Pier. Val l.*33.*p.*306.*E.*

Vide, Oratio, pro ſermone, & tit. de Lingua.

Seruitus.

❡ DEFINITIO. ET ETYMOL.

SEruitus, Græce δουλεία, ας, ἡ, & δοῦλος, ου, ὁ, ſeruus dicitur. Seruitus Heb. *Hebhodhah.* Dicitur ſeruitium & cultus, à verbo *Habhadh*, ſeruiuit alicui tanquam ſeruus hero ſuo, coluit, opus ſeruile fecit. Cognationem habet cum verbo *Habbat*, mutuatus eſt: nam vti alicuius ſeruitute, eſt mutuari eius laborem. Eſt autem ſeruitus humana inſtitutio iuris gentium, qua quaſi Domino alieno contra naturam ſubiicitur, *Vt habetur Inſtit.de iure perſonarũ, §.Seruitus.* Dicitur autem ſeruus, quod in bello ſerui non necabantur, ſed viui ſeruabantur. Eius diminutiuum eſt ſeruulus, & ab hoc ſeruilis, & aduerbium ſeruiliter: ſeruitus & ſeruitium, quod in ſingulari eſt ipſa ſeruitus. Terent. *Ego hoc tibi pro ſeruitio debeo conari manibus & pedibus.* In plurali vero interdum ipſi ſerui. Salluſt. *Interea ſeruitia repudiabas.*

❡ Loci Biblici.

Seruire duobus dominis impoſſibile, *Matth.6.v.*24. ſeruire Deo, *Ioſ.*22.*v.*27. Deo & Dæmonibus, 2.*Reg.*17.*Verſ.*28. ſeruiendum ſoli Deo, *Exod* 23.*v.*25.*Deut.*6.*v,*13.& 10.12.& 11.13.& 13.4.*Matth.*4.10 *Luc.*4.8.1.*Tim* 1.9. vt ſeruiremus ei, redemit nos Chriſtus, 1.*Theſſ.*1.*v.*9. ſeruiamus inuicem *Gal.*5.*V.*13.

Seruitus ex peccato, *Geneſ.*9.25. ſeruitus peccati, *Ioan.*8.34. *Rom.*6. ſeruitus ſanctimoniæ, *Verſ.*18.19.22. *Gal.*5.13.1.*Pet.*2.16.

 ſeruitus

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN